



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 401. De traditione Thangmari unius familiæ in villa Stammen in pago Scotelingen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114


Ab anno
949 usque
965 re-
gnante
Ottone I. *men.*

§. 401.

Tradidit thangmarus pro filio suo redulfo I familiam in *stamm-*
(c)

§. 402.

non procul a terminis comitatus Patbergici, neminem infitias iturum censemus, hunc comitem *Erponem* inter progenitores Patbergensium comitum esse referendum. Huius autem *Erponis comitis* filii fuisse videntur *Erpo comes de Patberg ac Thietmarus*. Ille, consentiente vxore sua *Beatrice*, fundator exstitit monasterii in Boka super fluuium Lippiam ad annum 1101, testantibus diplomatis in N. Scharenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 652. seqq. Refert l. c. Scharenius, *Erponem*, qui se ipsum nominauit *comitem de Patberg*, sine prole anno 1113 decessisse, *Thietmarumque* omnino vacuum liberis fuisse, et comitatum Patbergensem, ad Dimolum fluuium inter Montem Martis et Brielam ducatus Westfaliae oppidum, et ad confinia Waldeccensis principatus situm, partim archiepiscopo Colonienfisi, partim comitibus Waldeccensibus, concessisse. In cuius pronuntiarum falsitatem in Historia Montis Martensis potior inquirendi occasio adfulgebit. Interim hactenus dicta in summam contrahentes, ea sequenti tabula genealogica conspectui sistemus, quae exposuimus hucusque.



De villa
Stammen
in pago
Scotelin-
gen.

(c) Quidquid supra §. 355 de *Bennone* Widikindeo, castrum *Bennonisburgi* prope Hildesiam autore, asseruimus, et quidquid de dominis Widikindeis, possessoribus praediorum in tractu Hildesienfisi, l. c. diximus, id confirmatur egregie hoc §. nostro. Si enim *Thangmarus* noster erat pronepos eiusdem *Bennonis*, uti §. 104. not. (†††) ostendimus, villa *Stammen* procul dubio in manus peruenerat *Thangmari* nostri ex hereditate paterna. Villa enim *Stammen* ab abbate nostro Sarachone in praestantissimo Registro tribuitur pago *Scotelingen*. Vnde designari suspi-